

www.e-rara.ch

**Iacvla Ecclesiae Christi Catholicae, Ex Catholicorum Ipsisque
Hæreticorum Assertionibus deprompta**

Benedetti, Benedetto

Venetiis, M. DCVIII

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRe 18 | G

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-64504>

Peroratio [...].

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



PERORATIO

IN QVA QUIDEM MVLT A AB AVCTORE, IN
perenne Christiana veritatis, Fidei, ac Doctrinae decus & gloria,
pudenda hereticorum cum veterum, tum recentium omni ex-
ecratione aperiuntur, deque eorum perditis moribus, perditam do-
ctrina, perditam fide, perditamque Ecclesia perpetuo totius orbis lu-
dibrio exponuntur.

Peroratio li-
bri.



Aec sunt, candide lector omnia fere quae catholicis Doctoribus
obijciunt haeretici qui quantum, quam quae serio suis armis iu-
gulati sint, atque proprijs iaculis confossi, haecenus videre li-
cuit, idque tam vere & clare, ut nemini in dubio uersari, num
istud Diuinitus factum fuerit, nec ne liceat: Namque nullus
vmquam fuit haereticus, qui Catholicam partim saltem non sit aliquam se-
cutus veritatem, quam tamē vel aliqua temeravit falsitate, vel aliquo uiol-
lauit mendacio, uel etiam professus est illam, nisi haereticorum forte quis-
piam Ethnicismum, uel Atheismum Christianismo poenitus abiecto sit
amplexus, in quo negotio, ut uiam Veritatis & altitudinem Diuinæ Pro-
uidentiæ, satis perspicue quisque perspicere possit optimus Maximus pro-
uidit D E V S. Tanta enim est Catholicæ uis Veritatis, ut cogantur homi-
nes etiam inuitis animis illam omnino numquam deserere. Tanta tamque
miranda est summa Diuinæ Sapientiæ Prouidentiæ, ut Fidei Orthodoxæ
veritatem ab ipsorum diuersis & inter ipsos aduersis factionibus, nedum
ab Orthodoxorum consilio confirmari atque defendi uoluerit.

Id autem pluribus in Europæ oris seculi præteriti curriculo facilitatum
ab haereticis nemo nescit: cum enim nouatores illi omnes ueterum hære-
ticorum hæreses ab Orco excitarint, iidem uix nati in partes disiecti, ead-
dem, ut haecenus palam feci, confutauere: adeo ut turrim Babylonicam,
quam contra DEVM in gratiam Nembroth erigere moliebantur confu-
sione linguarum percussis, diuersitate persuasionum obeccati funditus e-
uerterint, & Ecclesiam, quæ (teste Apostolo) est firmamentum, & co-
lumna Veritatis firmiter constabilierint. Quo sapius à Catholicis usurpa-
tam auream Diuinissimi D. HILARII sententiam & re ipsa probatam, om-
nes, vel quidam haereticorum antesignani seculi præteriti cursu comproba-
re coacti fuerint: ea autem his uerbis complectitur. Bellum haereticorum
pax est Ecclesiæ.

Quod si perspicacius speculari liceat, bellum haereticorum esse iaculum
Ecclesiæ, quo haereticæ impietatis præceptores ab Orthodoxæ Ecclesiæ pro-
ceribus transfodiuntur, dixerim: quandoquidem eam esse ueram & uni-
cam pacem aduersus Satanam, & ipsius commilitones haereticos, censeo,
iuxta Diuinum SALVATORIS oraculum: Non ueni mittere in terra, pa-
cem, sed gladium. Non quod Diaboli gladius, quo inter se uel etiam con-
tra Catholicos utantur haeretica prauitate seducti & seductores in pacem
Ecclesiæ cedere negarim, imo probarim: duo enim sunt gladii alter CHRI

Lib. 2. de
Trin.
In Pral. 5.

D. Mat. 5.

STI, Antichristi uero alter, priorem aduersus hæreticos Catholici uibrat, posteriore uero aduersus Catholicos exercent hæretici, qui cum Ecclesiæ gladium arripiunt, eoque contra hæreticos aduersarios utuntur, pacē & solatium Ecclesiæ CHRISTI gloriosum ingerunt.

Quo circa inter eos Veritas ita periclitatur imo exulat, ut dissentiones eorum numquam satis defleri queant, quemadmodum quidam ex illis gregariis, qui eas recensuit, scripsit, qui & addidit, quod multi inter illos qui extra Ecclesiam adeoque salutem uiuunt, omnino dubitarunt, ubinam locorum in profundo demersa Veritas inuenienda sit: an etiam uera DEI Ecclesia usquam adhuc supersit, quæ ab aliis infidelibus distincta sit. Et merito sic inflicta est illis, qui ueritatem Ecclesiæ semel deseruerunt, ut in sacris Oraculis scriptum est, quod credant mendacio, falsitati inhæreant, luce ueritatis careant, lumine Fidei orbentur; cum interim Ecclesia Catholica inexpugnabili gaudeat Veritate, illamque ab iisdem, qui ipsi Ecclesiæ CHRISTI bellum in dixere, omnifariam ferre, uel partim amissam, uel etiam per illorum dissidia constanter comprobata, atque clarissime confirmatam læte persentiat, sane aduenat, mode ste iactet, & Diuine gloriatur.

Accedit præterea, quod nouitij hæreticę impietatis consarcinatores, post Simonem Magum omnium hæreticorum principem, aduersus summam D. P E T R O, & Successoribus a CHRISTO traditam potestatem insurgunt: & post Elymam præstigiatorum Diuinæ absolutæque obsistunt potentia: & cum impuro Nicolao Antiochæno, Ochino, Bezaque fœdisimam polygamiam restituere conantur: More pseudoapostolorum bona opera ad iustitiam & salutem necessaria inficiantur: & Gnosticorum, & Valentinianorum, solam fidem exigunt. Cum Marcione liberum Arbitrium eripiant hominibus, & cum Manichæis nos idololatrie arcessunt, quod CHRISTO Filio DEI in Eucharistia præsentium summum cultum exhibeamus: quodque inuocatione & ueneratione sanctos in Cœlum receptos & adscitos dignamur. Post Sabelium Personas Diuinas proprietates tantum in DEI essentiam residentes esse definiunt: Et post Arrianos, I E S U M improprie tantum Creatorem Cœli, & Terræ, & secundum duntaxat gloriæ & honoris locum habere dicunt. Vna cum Nestorianis & Beza duas in CHRISTO vniones seu vnitates Hypostaticas constituunt: & cum Caluino aliam esse Personam Filii DEI a Persona Mediatoris arbitrantur. Arrianos imitati Missæ Sacrificium pro uita functis exagitant: & Vigilantianos inuocationem Sanctorum, & Reliquiarum uenerationem, candelarumque usum tollere nituntur. Cum Iouinianistis, Ieiunia, & Virginitatem alicuius esse meriti abnuunt. Et cum Donatistis sanctissimam Eucharistiam canibus obiciunt; Sanctumque Chrisma miserandum in modum profanant. Aemulantur Pelagianos; fidelium pueros sine Baptismo decedentes saluos in Cœlis autumant: & Messalianos omnem a Baptismo efficacitatem subtrahunt. Cum Porphyrianis, sanctorum miracula præstigiis demonum tribuunt: Et cum Berengario ipsissimam Corporis Domini præsentiam conuersis in illud pane & uino remouent pro uiribus. In immentum procederet Peroratio, si reliquos omnes ueræ Eidei ac Ecclesiæ hostes percenserem, quos potius quam Puritatem Euangelii, sequendos ac imitandos cum in erroribus, tum in peccatis sibi proposuerunt.

Deinde multæ hæreses iam extiterunt olim, quæ nimia uetustate, aut prodigiosa falsitate, uel sua inanitate disruptæ, ac dissectæ, penitus extinctæ, e memoria hominum excefferunt, & in cineres redactæ, in extremas Mundi partes, ac potius ad inferos traductæ fuisse censentur, utique fuit hæresis Marci, qui CHRISTVM Columbam esse finxit, Simonis Magi, qui Gratiam SPIRITVS

Georgius
Alior.

Apostolus.

Benardus.

D. Clemens

D. Irenæus.

D. August.

Benardus.

D. Hieron.

D. Optatus.

Roffensis.

D. Guilmardus.

D. Philast.

D. Lucas.

Orat. de confusio. dogma.

Ad Gal.

Li. 15. Theomac. confes. Calu. cate. consu. s. 1. Lib. Recog.

Lib. ad her. li. con. Manic.

Theomat. Cal. li. 1. 2. 3. Cont. Vigil. & Iouin.

Con. Donat.

Cont. Occo. lampadius. Cont. Berengaz.

Lib. de her. 14. 24.

SANCTI pretio numismatum computari uoluit: Gezarum, qui quæ distrahi nefas est, sacra distrahere probauerunt: Abstinentium & Sabbatariorum, qui separarunt coniugia hominum & escas damnarunt, quorum doctrinam doctrinæ dæmoniorum nomine Diuiniſſimus arguit Apostolus D. PAVLVS: Dauidis, qui DEVM primam esse materiem delirauit: Arnoldi medici, qui dicebat opus medicinae plusquã sacrificium Altaris placere Deo: Catharistarum, qui carnem, & ova & uinũ bibere non licere duxerunt: Coptorum, qui Euangelium Nicodemici receperunt: Eraclitarum Regnum Cœlorum dari paruulis non crediderunt: Flagellantium, qui a Prophetis omnibus falsa edocta, & sibi aduersaria effutiuit: Michaelis Balbi, qui Prophetarum Scripta nullius uolebat esse auctoritatis: Ioannes a Parma, qui docuit, quod doctrina Abbatis Ioachim excellat doctrinam CHRISTI: Iouiniani, qui baptizatis Satana tentatione abstulit: Luciferi laicos ad pœnitentiam solummodo admittendos censentis: quorundam qui Adam, & Euam cœcos ante fuisse, quã guttarent de arbore: posteaque aperuisse oculos, & tunc se nudos esse peruidisse autumant: nescio quorum, qui peccatum Adæ coitum fuisse cum Eua nequiter contenderunt nonnullorum culpam filiorum in parentes transfundentium: plurium animas impiorum transire in Dæmones, bestias, pecudes, ac serpentes bestias & feras omnes esse rationales asserentium: Rhetorianorum, qui omnes hæreticos vera dicere affirmauerunt: Viuitariorum vinum pro DEO adorantium, & aliorum multorum hæreses insanissimæ, & nequissime emerſerunt, quas hic nimis longum esset omnes recensere.

His autẽ vniuersis orbis porrentis adiecerunt alia non minus monstruosa ac detestanda hæretici recentes: Quidam enim ex illis Melchisedech CHRISTVM esse docuerunt: Alij credendum nihil, quod excedat virtutem nostri intellectus astruxere: Non nulli hæreticum esse, quisquis letifere peccat, dixerunt: Plures Græcorum quod licet inimicum fraude infectari moliti sunt: plerique peccata quædam irremissibilia erudiere: Certi mulieris osculum, non concubitum peccatum esse letale crediderunt: multi furti restitutionem paruipenderunt: aliqui, quod malus Sacerdos nullũ absoluat a peccato, nullumquẽ conficiat Sacramentum, posuerunt: aliqui nulla esse in Ecclesia facta miracula mentiti sunt: & reliqui, quod nefas est decimas dare, quod nouum Testamentum usque ad annum 1260. durabit, quod Papa præcitus non habet potestatem super omnes fideles: quod corporum resurrectio fiet impalpabilis, & inuisibilis: quod Ecclesia bona temporalia non potest obtinere, quod peccata laicis sint confitenda: quod Diabolo Deus debet obedire: quodque dæmones adorari debent: Flagellantes quinquaginta articulos erroneos posuerunt, Vuicleus quadringentos, & alii alios, quos breuitati consulens omitto.

Ab eisdem uero prodigijs Satanae haudquaquam nepotes illorum recentiores, recentissimique pronepotes eorum abhorruerunt hæretici, nec transuersum, quod dicitur, unguem recesserunt: Fidem enim omitti per quodcunque peccatum mortiferum docuit Lutherus: Fiduciam meritorum idem abnegauit: præceptum nullum, ne consilium in lege Euangelica datum esse dixit: Animas in Purgatorio securas de sua salute non esse, neque extra statum merendi reperiri, nullum esse peccatum nisi infidelitatem, paruulos in Baptismo propriam habere fidem, aliena non indigere: iustum in omni bono opere peccare; Dæmones facit ministros Sacramentorum, & alia quidem plurima eiusmodi portenta in sterquilinio Germanicæ Lutheranae cloacæ protulit: Lutherani nullum bonum præceptum dicunt, mulierculis Sacerdotiũ indulgent: Bucerus ait quod multi baptizati statim morientes damnantur, & alii non baptizati saluantur: Georgius Maior, quod infantes Baptismate donati sine bonis operibus non saluantur: Anabaptistarũ

Lutzburg
Constantin.
Harmonop.
D. Isidorus.
Lutzburg.
Medices.
Zonaras.
Lutzburg.
S. Anastasi.
S. Philaster.
Medices.
Oecolapad.
Medices.
Lutzburg.
Emenyus.
Lutzburg.
Medices.
Trithemius
Lutzburg.
Medices.
Medices.
Iodocus.
Medices.
Feuardent.
Lindanus.

Cat. her.
De opt. her.
De her.
In Cat.
Su om. her.
In Mic. Ba.
Cat. her.
In Hexam.
mythago.
De Heret.
Sum. om.
her. Melc.
r. 30.
De V. D.
S. O. her. f.
75. ciu. 180
Pecc. 163.
Mulier. 141
Refli. 182.
Sacer. 185.
Mir. 134.
Cat. her.
Par. 2. 9. 9.
C. H.
S. H.
In Chron.
Hirsugie.
Cat. her.
Sum. her.
Sum. her.
fid. 75. pre.
171.
l. 8. de Sig.
Ecc. ar. 7.
In Sum. he.
l. 7. 171.
Puc. 177.
Tilla. 208.
n. An. D.
Iren.
Dub. Dial.

Bellarmius.	quidem & Seruetus totus testamentum uetus reiciunt: libertini sacras Scripturas derident, & pro fabulis traducunt: Gaspar ZuenKfeldius Deum non agere nobiscum per Scripturam, doctrinam euangelii esse humanam:	l. 1. c. 1. de Mf.
Lindanius.	Vncti haretici in comitatu Angliæ orti anno 1570. dicunt testamentum nouum esse rerum futurarum prædictionem, ideo Christum rediturum affirmant, genus poenæ, quod Papa etiam Sanctissimus sit uerus Antichristus, quem scripta diuina futurum prædixere, delirant, plurimi, uel omnes Antichristum, mille, seu sexcentis ab hinc annis uenisse impiissime tradunt;	In tabu.
Bullingerus	Dæmoniaci credunt etiam Dæmones saluatum iri post finem iam præteriti seculi, Anabaptistarum, & Libertinorum quidam omnes homines, & omnes Dæmones, post iudicium saluandos: Calvinus ait, quod tunc Deus neminem suæ sectæ tantum modo condemnabit: Calviniani auctore Caluino dicunt, quod DEVS creauit genus Humanum, potissime ad perpetuam damnationem, & interitum, quod omnia peccata, quæ fiunt ab hominibus, sint omnino opera fidei simpliciter, quod nullum furtum, nulla cortatio, nullum adulterium, fiat ab domine, quod DEVS non efficiat in homine, quod Diabolus iubente, & uolente DEO mentiatur in cordibus humanis, quod lex DEI, & uoluntas DEI sæpe sint inter se contraria, Brentius, & ceteri post Lutherum, ubiquistæ, omnium quotquot fuerunt monstruosissime, Corpus CHRISTI, ubiquitarium, ubique locorum esse cõfingunt,	Con. Anab.
Fouardent.	multi Deitatem passam crucifixam, & mortuam somniant: Beza, & Bezarii, CHRISTVM secunda Deitatem orare patrem cauillantur, & cõdormientium lupanar Diabolum adorandum esse Ethnicissime, & diabolicissime arbitrantur: Guilielmus Coubrius asseruit CHRISTVM non esse mundi redemptorem, sed futurum mundi deceptorem: uniuerso qui in nomine CHRISTI crediderunt, in Infernum damnatos, Christi uerba: accipite, & manducate. Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur, ad hunc modum interpretatus est. Hoc est corpus meum in quo populus circumuenietur, & decipietur, alii alia monstra blasphemata, & infernaliam in medium producunt, quæ piget hic referre, ne nimio tædio lector beneuole, afficiaris.	In The. Ca. nu Dubi. et in tab.
Coccus.	Adde, quod cum Ethnicis aiunt. Certa stare omnia lege. Omnia abso- luta necessitate euenire. Nullam esse DEO Prouidentiam. Animam morti subiacere. Fornicationem, gulam, & similia non esse peccata. Miracula præstigiis Satanæ concedunt. Nullum esse Infernum. DEVM non esse Trinum. Cum Iudæis uero vnã solum modo Personam in DEO ponunt Illyrico, & Serueto auctoribus. CHRISTVM non esse DEVM cum Caluino, Serueto, ZuenKfeldio, & aliis blasphemant. Redemptorem Humani generis Lutherus, Dauid Georgius, Coubrius, & alii negant. Uir- ras esse licitas Bucerus, Molinæus, & Lutherus censent. Matrimonium inter affines Iudaico more probat Melanthon, qui cum Caluino, & Matrimonium propter adulterium dissolui aliamque duci posse affirmat. Le- ges iudiciales, & forenses Mosaice cum Iudæis, seruandas docet Carlostadius, & alii. Poenitentiam & cetera Sacramenta cum Iudæis ludibrio exponunt, proscindunt, traducunt, & Circumcisionem Sabbathumque Iudaice approbant Carlstadius, Sabbatharii, & alii. Manna in cœna Domini se edere adfirmant Mannarii, Nomen IESVS execrantur, Crucis signum maledictis afficiunt, Christum ab Eucharistia excutiunt, Messiam non uenisse blasphemant, Matrem DEI, & Sanctos omnes, & omnem cultum Christianorum Iudaicissime uituperant, calumniantur, & conuiciantur.	In The. Cat.
Lindanius.	Cum Turcis autem Quadragesimam Apostolica Traditione toto orbe ante Pascha obseruariissimam abrogant Lutherani, Calviniani, & reliqui. Festa omnia cum Turcis Carlstadius, Lutherus, & alii abolent. Sacras delent imagines multi. Omnem Sanctorum Christi Martyrum cultum	In Tabu.
Copus.		Dia. 6. c. 17
Fouardent.		In The. Ca.
Lindanius.		Dub. 2. Diaf.

sustulerunt omnes Nouatores. Plerique plures uxores secundum facerrimas Turcatū leges libidini cuiusque indulgent. CHRISTVM uere obiisse negant Valentiniani, teste Caluino contra Libertinos. Plurimi Ordines sacros, Eucharistiam, & alia Sacramenta CHRISTI respuunt. Patrē Filio æqualem Caluinus, & alii Trinitatemque Personarum Diuinarum Seruetus Trinitarii, & alii Turcissime negant.

Post hæc uetustorum primo deinde recentium superstitione hæreticorum hæretica prodenda censetur, in primis enim illud occurrit mihi, quod Flagellantes dicebant, nullum Sacramentorum sine peccato letali post ipsorum aduentum suscipi posse, quod se nodosis flagellis, aculeis acutis flagellabāt, idque facinus Martyrio præponebant: Pepusitę infantis sanguine, quem de toto corpore eius ex minutis uulneribus punctione extorquebant, quasi Eucharistiam conficere perhibent, miscendo eum farinæ, panemque inde conficientes: Dañtilorinchitæ tantum silentium seruabant, ut naribus & labiis digitorum apponerent, ne ex ipsa taciturnitate in uocē prorumperent: Nicolaus de Calabria dixit, quod in die iudicii Godesaluis hæreticus pro omnibus orabit condēnatis & eos suis precibus saluabit: Teseradecatæ Pascha cū ieiunio & uigiliis decima quarta luna (ut Iudæi) celebrabant: Armenii in Paschate nō Corpus Dominicum, sed agnum assument: cultu Iudaico boues & agnos sacrificant; crucem non nisi baptizatum adorant, quorum religionem pessimam uocant Sancti Patres; Marcocius adhibebat Baptismum in nomine ignoti Patris, in ueritate matris omnium, in I E S V, qui descendit in unitate, & redemptione, & potestatem communionem: Donatistæ bis baptizabant: Marcionistæ tertio: Marcionistæ, & Manichæi, quoties apud ipsos baptizatus aliquis moriebatur sub lectulo defuncti uiuo occultato lectulum adibant, ac mortuum interrogabant, an baptizari uelit. Respondebat occultatus, uelle, atque ita loco defuncti eum baptizabant.

Horum uestigia mei seculi sunt sectati hæretici: Sabbatarii enim Sabbatum more Iudæorum superstitione colunt, diem Dominicam aspernantur auctore Carlstadio, qui omnia Festa abrogauit, nec ullum festum præter Sabbatum docuit esse colendum: Adiaphoritæ, qui ritibus ecclesiasticis indifferenter utuntur, & eos omittunt: Eiulantes putant nihil esse deuotionis DEO quod placeat uehementius, quam flere semper atque eiulare: Stebleri existimarunt nefas esse portare gladium, & peram: Lutherani Augustæ Vindelicorum Iudicii extremi effigiem imprimentes, disertis uerbis apposuerunt, quemlibet in illo die secundum fidem remunerandum fore: Anabaptistæ non altero contenti sunt Baptismo. Mennonistæ Anabaptistas qui ad eos, ex aliis Anabaptistarum sectis, transeunt, tertio baptizant: quidam quotidiano utuntur baptismo: Coubrigius hanc uocem, Christus, esse eodē nomen, illudque ubicunq; in libris suis occurebat, dispunxit, CHRISTI nomen in Iesum commutauit, at ubi habetur in Symbolo Apostolico: In IESVM Christum, ipse canebat in Iesum Iesum: Lutherus è Litaniis uocabulum Trinitatis expunxit, item e Symbolo uocem, qua sola omnes hæreses conteruntur, Catholicam, aboleuit: Condormientes iubent præ nimio Euangelii amore, debere uiros, & foeminas ac uirgines uno in loco, & conclauis, & uiuere, & eodem cubiculo dormire; adeoque coire: Sacramentarii communionem Cœnæ solummodo sedentes in mensa superstitione adhibent: Adamitæ Adæ innocentiam se imitari dicunt, in syluis uagantur, & nonnumquam prorsus nudi, sicut Adam & Eua. Lutherani crepidas Lutheri adorandas putant, eoque adhuc uiuente stercora eiusdem eodem teste uenerabantur. Erasimum Lindano referente unum ex Euangelii columnis nocte sanctæ Parasceues, non adorantem crucem, sed in Paphiæ Deæ mysteriis operantem deprehensum esse. O columnam Euangelicorum. Condormitari Diabolus Deum eorum aliquot horis in die uenerantur.

Lutzeburg.

Catal. har.

D. August.

L. de her.

Limerius.
Lutzeburg.
S. Nico.

Par. 2. q. 11
Cat. har.
Ep. ad Enc.

Guido.

De Har.

S. Theodor.
S. Optatus.
S. Epiphanius.
Harmonop.

l. 1. de fab.
hæc.
Con. Dana.
Har. 42.
Con. Grac.
Orat.

Lindanus.

In Tabula.

Erasmus.

Con. Carlst.

Lindanus.

In Tab. &
in Dial. pri.
Dub.

Cocius.

l. 8. de Sig.
Ecc. ar. 7.
Dia. 6. c. 17
In Dia. du.
In Dial.

Alanus.
Lindanus.
Copus.

Nota.

l. de mir. Sa.
cr.
In Tabu.

Laghus.
Lindanus.
Sturmius.
Lutherus.
Lindanus.

Inc. 11. an.
in D. Iren.
ad. har. 10.
1. coll. f. 54.
& 149.
In Dial.
du. 3.

<p>D. Hieron. D. Irenaus. D. Epiphanius Nicephorus Hannonop. S. Philaster. Coccinus. Lutherus.</p>	<p>In iactantia quoque & arrogantia simul antiqui & recentes conueniunt hæretici: Simon Magus, & Menander inter hæreticos ueteres, se Dei uirtutes esse afferebant: Menander & Mahomet se esse Christum iactabant: Mōtanus uero & Manes se Paracletū esse gloriabantur: Noetus seu Noetianus se Mosen esse dicebat, & fratrem suum Aaronem: Nouatiani se catharos, idest, Mundos & puros vocabant: Flagellantes Begardum de Heruodia fuisse Heliam & Enochum fuisse Conradum Smeth, sibi que reuelatum Papam & Episcopos aduentu suo interdictos esse dicebant. Et inter recentiores hæreticos Lutherus iactabat: Ego sum⁹ Esaias, Philippus Hieremias, item, Ut non me aut meam doctrinam, uestro aut ullius Angeli de Cælo iudicio subiicere digner: iterum, Hussus de me prophetauit. Item, En appello me Ecclesiastem Dei gratia & titulo insigniui me, certus sum sic Christum me nominare. Tam copiose prædicatum est Euangelium a nobis, ut ne Apostolorum quidem tempore tam clarum fuerit. Præterea, ego de Sātana triumphauī. Rursum. Nihil uereor etiam si mille Augustini, mille Cypriani, mille Ecclesiæ contra me starent. insuper: Sancti patres omnes errauerunt: Ecclesia tota sæpius errauit: doctrina mea non potest errare; quia certissimus sum doctrinam meam nō esse meam, Sed Christi. Deinde Lutherani, & Caluiniani se primos lucem Euangelii mundo palam obiecisse iactant: Nouatores cuncti hæresiarchas suos uocant Prophetas, Paulos Helias, mundique solet, & luminaria, Euāgelicos Reformatores, sanctificatos ex utero. Itidem: Alios Elias, secundos Baptistas, & Præcursores Domini, quintos Euāgelistas, alteros Paulos, Gedeones, Angelos, organa & delicias Spiritus Sancti: Anabaptistæ protestantur ante communionē Eucharisticā, habere tantam caritatem, quantā habuit Christus in Cruce pendens: Georgius Maior, non Christum, sed se esse illum, qui extremo iudicio totum sit mundum iudicaturus. Et anno 1550. Matthias Steinbach se dixit esse Spiritum Sanctum.</p>	<p>Cont. Iuist. li. 1. c. 22. ad har. Cont. Noet. Lib. 4. Hist. c. 22. De opin. hæretic. De hæresi. li. 8. de sig. Ecc. art. 12. in cap. Bap. cen. reg. Aug. et con. epist. & art. Lib. 2. con. Luth. De Sacra. Eccl. lib. 4. c. 18. In Annot. S. Iren. ad hgr.</p>
<p>Morus. Bellarmin. Fouardent.</p>	<p>Maledicentia in super hæreticorum tam antiquorum, quam recentiorum in Sanctos Patres satis nota est atque etiam notata: sed longe plus hoc perpetrarunt facinus Lutherus, Caluinus, Pomeranus, & alii; quam Faustus Manichæus, magis conuitorum plaustris inceserunt Pontificem Romanū, quam Berengarius, & Petrus Ioannis, & ita quidem, ut nec homines, nec Angelos, ea satis aliquādo detestari, & execrari posse iudicem: in plures præterea sectas, hoc est, olim in triginta quatuor, postea in septuaginta & plures dissecti sunt, quam Arriani, uel Donatistæ citra comparisonem, in furto deterior fuit Lutherus, quam Guilhelmus Almi, Alexander, & magis quam Burgardus sacrilegus, in uitis omnibus unus Lutherus omnes uicit hæreticos ueteres, item Caluinus & noui hæretici uetustos omnes, quod plerique eorumdem scriptis publicis testatum reddunt, superarunt.</p>	<p>De ait. & scriptis Lut. in theat. de har. In Theom. Galu.</p>
<p>Cochlaus. Zuingerus. Fouardent. Lutzeburg. Coccinus.</p>	<p>Verum enim uero in luxuriam, ut de aliis turpitudinibus taceā (de quibus grande uolumen conscribere possem) propter quā, ut B. IOANNES Fischerius Episcopus Roffæ, & S. R. E. Cardinalis, CHRISTI Martyr, Ecclesiæq; Doctor illuminatissimus testatur, Lutherani in hæreses sunt pro lapsi, ceteros mirum in modū excesserunt, turpitudines obscenas, lasciuiaque pudendas Simonis Magi cum scorto Helena, Montani cum Maximilla, & Priscilla, Basilidis cum succubis, Florianorum, Carpocratianorum, Piccardorum, & Bacchanalium, qui promiscuis cōcubitibus post occasum Solis lucernis extinctis utebantur, longius exuperauerint, atque Bogomilorum, qui docere Monachum cum duabus cubare mulierculis unoque anno cōtinenter exacto, posse deinceps cognatarum quoque consuetudine citra discrimen uti, uicerunt. Et Nicolai illius immundi immane facinus in Præsepe Domini nefas perpetrantis excesserunt. Nam præter Condormientiū sentinam, communes habentes uxores, & liberos, & omnia sibi communia esse debere arbitantes, sicut Plato in sua Republica instituit, & Nicolaitæ</p>	<p>Cat. hæret. li. 8. de sig. Eccles. Li. 1. proem. cont. Oecol.</p>
<p>Roffensis. Lutcomb. D. Hieron.</p>	<p>De Rab. la. p. 60.</p>	<p>Cat. hæret.</p>

Calvinus.	<p>& nuper Monasterienses, Evangelici propheta: Cōcupiscit spiritus meus, in- quiunt. carnem tuam. Veni itaque & faciamus mirabilia. Et Libertini di- cunt. leno fungatur munere suo, fur furetur audacter. Est enim consenta- neum rationi, ut unusquisque uocationem sequatur. Hæc illi, qui coniugia uolunt inter fratres spiritualia, uxores habent communes, non patiuntur eas suis maritis infidelibus debitum reddere, facta nocturno tempore concio- ne, luminibus extinctis, dicente concionatore: Crescite & multiplicamini, alter cum alterius uxore ad placitum scortatur, promiscuos laudant concu- bitus hanc Patris uoluntatem esse aiunt. Oldepordius indulgente Luthero priori coniuge adhuc supstite, alteram duxit uxorem. Bochildius duode- cim simul uxores habuit. Hetzerus Anabaptista, ut Turcicum & ipse mo- rem euinceret, uno tempore tredecim simul uxores duxit. Henricus Osta- uus Rex Angliæ legitima adhuc uxore superstite primum ex uxore Tho- mæ Bolenæ Annam Bolenam stupro sustulit: postea Mariam sororem An- næ Bolenæ constuprauit: denique Annam Bolenam propriam filiam, legiti- ma uxore repudiata, sibi matrimonio copulauit ac fecit ut eadem, & filia ef- set & coniux. Et libenter silentio prætereo abominanda sacrilegia, & sacrile- gas abominationes, quas in Templo Domini, in Altaria sacra, in augustas re- liquias, in Sanctorum Imagines, in sacras Vestes, in sacra Vasa, in sacrosan- ctū CHRISTI Corpus, & in sacra omnia fecerunt uiolationes Sponsarum Christi Sacrilegas, supra nefanda, incesta execranda, nuptias incestuosas, indulgentiam Sacerdotibus & Monachis scorrandi impune, & licentiam omnis lasciuia & immunditiæ carnis. Caluini & Bezae adulteria, sponsalia illicita, spurcitiæ Sodomiticas, quæ scelera facinorosa ac detestanda uix im- quam numerari, explicari, aut uituperari quisque poterit, quemadmodum nec obscœna Lutheri, quæ tam multa, & nefanda ac turpia, ut hic inferere pudeat, ita ut de fœdis obscœnitatibus Lutheri a Ioanne Pistorio Anato- mia conscripta sit, typisque excussa anno 1595. Colonia.</p>	De libert.	
Lindanus.		Dial. 2. du.	
Gaspar. V- tembergius.		Caus. 9.	
Petrus Ca- pitius.		Lib. 2. c. 12. Opt. Max.	
Sanderus. Fouardent.		De schisma Anglica. Theom. Cal- uin. cōf. 15. confuta. 1.	
Bolsenus. Beza.		In uita Calu. In earm. de Card. et Aud. In Thse. ca.	
Coccinus.		Sum. omni- ter.	
Medices.		<p>Sed eo præterea furoris & insanie hæreticisimus recens peruenit, ut qui- dam idola coluerit, stercora Lutheri & imaginem adorarint, aliqui Diuinū honorem Diabolo habuerint, Ecclesiæ fidei abrenunciarint, errore eam tra- duxerint, a Religione apostasiam fecerint, uictas hæreses asseruerint, cum Diabolo cōmercium inierint, ad Turcas defecerint, hæresi se deuouerint, CHRISTVM abnegauerit, Atheismū sectati fuerit. Bartholomæus Iano- uerius Antichristi aduentum futurum anno 1360. diuinitus se scire nuga- batur: Arnoldus 1335. prædixit. Lutherus 1531. Item 1620. Thomas Scy Ke- rus anno 1526. per urbem currens, ac horrēdis gestis utens, clamabat, diem Domini adesse. Hutitis sub anno 1530. tam certum erat extremum diem presentem esse, ut aliqui ipsorum omnes opes, & facultates prodegerint, ea opinionem, ut putarent se uix eas absumere posse: tam breui enim temporis spatio, se satis opum habere. Enthusiastarum quidam tamquam furiosi 1539. currente anno circumcurrebant, & per plateas clamabāt. Dies Domi- ni, dies Domini: annūciamus uobis diem Dominicam: Andreas Osiander 1554. libellum quendam edidit, in quo annum & tempus extremæ diei sup- putauit.</p>	Lutherus. Cat. her. L'hæretico insuriato. Coll. lat. f. 48. lib. 2. c. 1. in Anab. et lib. 2. c. 6. c. 1.
Lucemb. Iulinopolis. Ianus. Balingerus.			Li. 8. de sig. Ecll.
Iodocus.			De V. D. Cor. lib. 15. cōf. calu. confes. cap. 15.
Caninius. Fouardent.			

Cochleus. Fontanus.	<p>pura Dei verba: Hoc est corpus meum, animaduertat, si adducas hæreticorum deprauationes in uerba Eucharisticæ consecrationis, in libello, qui anno 1577. prodiit, oculum adiciat, si librum, quo Lutheranus quidam ex ducentis uiginti tribus Sacramentariorum scriptis demonstrat, eosdem de nullo pene doctrinæ articulo recte sentire, perpendat, si ad mille & quadringentos impiissimorum Calvinianorum errores, quos ex eorumdem scriptis, pseudo catechismo & infideli confessione collegit, & solidissime confutauit Orthodoxus Pater Feuardentius, respiciat, si ad unius Lutheri pessimi hæresiarchæ tractatum, super uno articulo de Communione sub utraque specie contrarietates, quos laicus Gaspar Queramelus collegit, perpendat, in triginta sex sermonibus quingentos errores apud Orthodoxum Cochleum, & ad ceterum quadraginta quatuor calumnias, ex quodam illius libello, ad quadraginta quatuor falsos articulos apud Orthodoxum Roffen sem pluribus sexcentis notis, & totidem nœuis Antichristi sugillatos, & ad nongenta & plura mendacia apud Ioannem Diemberg & Thomasmun cerum, & ad mille errores in translatione sacrorum Bibliorum apud Orthodoxum Empserum, dispiciat.</p>	De ac. Lut. Hi 7.
Filinus.	<p>Finis insuper eorum satis: superque qui qualesue fuerint hæresiarchæ omnibus mortalibus indicat: Iudas caput hæreticorum medio crepuit, Simon magus in cœlum elatus cecidit & infractis cruribus obiit, Apollinaris rabide periit, Arius uisceribus effusis interiit, Nestorii lingua ante obitum corrosa fuit a uermibus, Lauianus a canibus rabidis adhuc uiuens laceratus fuit, Ioannes de Stur mia malam mortem oppetiit, Ioannes Zischa, peste tactus expirauit; Constantinus patriarcha Constantinopolitanus Iconomachus in exilium abactus & reductus postea sequissime excarnificatus, asinoque impositus ludis Circensibus in theatro ignominioso circumuectione traductus, deinde obtruncatus est, Carlstadius Iconomachus & ipse infelici statu infelicem infelicer efflauit animam; Zuinglius in acie cecidit trucidatus, cuius cadauer fuit ad sempiternam memoriæ eius labem combustum, Lutherus uino crapulaque oppletus e uita inopina morte cessit; Calvinus desperans, dæmonibus inuocatis iurans, execrans, & blasphemans miserime animam malignam exhalauit. Obiit autem Calvinus morbo pediculari, uermibus circa pudenda in apostemate seu ulcere foetentissimo crescentibus, ita ut nullus assistentiū foetorem amplius ferre posset.</p>	De mor. ha.
Lutzeburg.	<p>Combusti uero, partim mortui iustissime fuerunt heretici & heresiarchæ, Proterius, Vuilhelmus, Vuicleus, Hussus, Hieronymus Pragensis, Hermannus, Guido, hæresiarcha, Gulielmus, Gonsidaluus, Begardus, Dulcinus, Durandus, Petrus Ioannis, Ioannes medicus, Matthæus Palmerius, Ioannes Vualdon, Thomas Mutzerus, Balthasar Pacimontanus, Michael Seruetus, Christophorus Fabricius, Coubrius, Bernerus, Gerardus, Hieronymus, Bucerus, & Fagius, item Orphani numero mille, Templarii omnes, Lutherani, Anabaptistæ, Trinitarii, Sacramentarii, & alii gregales supra centum millia.</p>	Cat. her.
Copus.	<p>Nec silentio inuoluam, quod Eligio hæretico apud Camaracum accidit, qui se obsessum fingens ab amicis ligatur in hasta, ut omnes homines reputarent eum furiosum: Quidam Clericus obsessus. Dicunt manu solutas, colligens in nocte circa hæreticum ligatum stramina, & ignem de lampade sumens incendit cumulum straminum. Hæreticus clamat, custodes expergefacti, ignem extinguere nitebantur: sed Clericus arrepto gladio omnes abegit, hæreticus combustus est, Diuino iudicio exacto, Clericus a Dæmone liberatur.</p>	Dia. 4. c. 15
Cochleus.	<p>Similiter Olipius Arrianus Episcopus apud Carthaginem cum in balneis sanctissimam Trinitatem blasphemaret, tribus igneis fulminibus ab Angelo uisibiliter missis, miserabiliter decidit, & eius cadauer penitus exustum est.</p>	De di. fa. Lut.
Lutzeburg.	<p>Combusti uero, partim mortui iustissime fuerunt heretici & heresiarchæ, Proterius, Vuilhelmus, Vuicleus, Hussus, Hieronymus Pragensis, Hermannus, Guido, hæresiarcha, Gulielmus, Gonsidaluus, Begardus, Dulcinus, Durandus, Petrus Ioannis, Ioannes medicus, Matthæus Palmerius, Ioannes Vualdon, Thomas Mutzerus, Balthasar Pacimontanus, Michael Seruetus, Christophorus Fabricius, Coubrius, Bernerus, Gerardus, Hieronymus, Bucerus, & Fagius, item Orphani numero mille, Templarii omnes, Lutherani, Anabaptistæ, Trinitarii, Sacramentarii, & alii gregales supra centum millia.</p>	Cat. her.
Copus.	<p>Nec silentio inuoluam, quod Eligio hæretico apud Camaracum accidit, qui se obsessum fingens ab amicis ligatur in hasta, ut omnes homines reputarent eum furiosum: Quidam Clericus obsessus. Dicunt manu solutas, colligens in nocte circa hæreticum ligatum stramina, & ignem de lampade sumens incendit cumulum straminum. Hæreticus clamat, custodes expergefacti, ignem extinguere nitebantur: sed Clericus arrepto gladio omnes abegit, hæreticus combustus est, Diuino iudicio exacto, Clericus a Dæmone liberatur.</p>	Dia. 6. c. 17 44. c. Dia. 5.
Iacobus.	<p>Similiter Olipius Arrianus Episcopus apud Carthaginem cum in balneis sanctissimam Trinitatem blasphemaret, tribus igneis fulminibus ab Angelo uisibiliter missis, miserabiliter decidit, & eius cadauer penitus exustum est.</p>	In sup. chro. lib. 9.

Ioñ. Busaus.

Item anno 1533. Viennæ Austriæ hæreticus, qui se abdidit in Templo in tempesta nocte perfringit cancellos domuncule sacrosancti Sacramenti, & ex Hostiis paruis alias abiicit in terram, & pedibus conculcat, alias dentibus arrodit, alias uero reseruandas recondit in sacco caligarum suarum. Paulo post sentit madescere indusium iuxta saccum extrahit, & totum sanguinolentum deprehendit. Mane cum hostium Templi aperitur, licet latere se putaret, sacrilegus capitur. Hostias, quæ in sacco erant, inueniunt sanguinolentas, & cum reuerentia in locum sacrum reponunt. Sacrilegus autem ad Fidem Catholicam conuersus, propter manifestum omnibus sacrilegii crimen capite plectitur.

D. Irenæus.
D. August.
D. Gregor.
Staphylus.
Bolsæus.
Turcianus.
Lindanus.

Ab hæreticis uero nullum umquam uspiam legitur miraculum ad sua dogmata confirmanda perpetratum, quamquam uti Sancti Patres tradunt olim attentarint, & nuper Lutherus, & Calvinus, & alii, sed frustra omnino conati sunt, Lutherus enim a puella dæmonem abigere tentat, sed dæmoneas in angustias Lutherus redegit, ut is e sacrario se proripere uellet. Calvinus edocet Brulleum, ut se in simulet morbo affectum, seque in lectum abiiciat, ac fingat mortuum, eiusque prece audita exurgat, at factum est, his peractis, ut is qui se mortuum simulabat, iusto DEI iudicio uere esse mortuus repertus est: Atque in Polonia non longe a Cracouia pago Biethzaze quidam fuit tentatum simile: concionator enim in Euangelii gratia confirmandi quemdam Matthæum certo conduxit stipendio, qui sese mortuum simularet, atque ad clamantis uocem, ceu mortuus resurgeret. Illi feretro inclusum ad Templum deducit, uxor artificii nefarii conscia, funus fletu & eiulatu prosequitur. Ille ubi satis de suo nouo Euangelio tonasset, surge (inquit) Matthæe in nomine Christi, cumque non surgeret, ille inclamat altius ut somnum forte excitaret. Vbi nec ita surgeret Matthæus, itur ad feretrum, derogitur uelata facies, & reuera deprehenditur mortuus, qui sese tanto aliorum periculo mortuum, atque a mortuis in uitam reuocatum simulare uoluerat: Mox uxor quæ lamenta & lachrymas nuper finxerat, nunc uere lachrymis, uocibus, ac tantum non pugnis in concionatorem illum, non pastorem, sed impostorem inuecta suo malo isti nouo fidem habuit Euangelio. Sic per Hollandiam Anabaptistam quemdam simulasse mutata in uinum aquæ, captorum item piscium, quos paulo ante in puteum inieceret, miraculum notius est, imo, ut quidam aiunt, ex actis publicis demonstrari posse, quam ut sit uerbosus referendum. Etenim quoque de Georgio Davidis audiui ab oculatis testibus, quæ conceptam passim de eo inagiam opinionem mirifice confirmant Memini & Dordrati illum simili artificio elapsum audire. Eum in nauigio sua uenenata dogmata aspergere non dubitasset, ubi solet ista pestis grassari haud infrequenter, egredientem de nauis uectores quidam obseruare constituunt, quoniam diuerneret hospitii causa, uident quidem egredientem, sed cum paululum esset progressus euinit. Ab istis non est alienum, quod quidam aiunt eo fuisse illum dementiæ delapsum, ut subinde in aera ad pedes sex, aut hominis staturam eleuaretur, Auro enim uiuo copiose, suos calceos aiunt replese eiusque ui in aura sublatum. Ceterum de Monasteriensibus illis Anabaptistis certo certius est, conatos fuisse simulata sanguinis pluuia, aliisque imposturis suum confirmare pseudoeuangelium. Eo etiam insanjæ quosdam Tiguri fuisse reductos testatur Bullingerus, ut sibi dona linguarum polliceri a Patre cœlesti non dubitarent, sed eos uanissima illi sit spes: sicuti per Hollandiam nouum manna de Cœlo expectantes adamitas. Illud tamen intactum præterire non possum ex fide dignis me audisse, inquit Orthodoxus Lindanus tam efficacem fuisse Satanae in Anabaptistas imposturam, ut simulato quasi miraculo, diu sese illi fanaticæ factioni deuouerent, non ut possent legere, quod antea, neque norat, neque didicerat, sed si ab istis resipiscant etiam reuulsis præstigijs, una cum animi pœnitentia perit, & legedi scientia. Equidem istud diu pro fabu

Ep. ad patr.
loc. l. script.

lib. 2. c. 36.
l. 13. c. 5. c. 6.
tract. Man.
Hist. Fumo.
l. 2. c. 3.
Con. lac.
8 mi. p. 404.
In ui Calu.
c. 13.
l. 1. de dog.
Cat.
Dia. 3. Du.

loso habui, donec apud Horlemem uir Catholicus minime ignotus narrabatur, suam extraxisse legentem nescio quæ ipsorum mysteria, quam domesticum maneret, ut aliquid legeret illa sese, ne Litteras quidem amplius nouisse respondit. Simile, & Louanii de iuuenula quadam ab Anabaptista respiciente iam pridem me frequenter audisse recolo. Ut enim optime scribit Erasmus Retoredamus, cum iuxta communiorum opinionem adferant paradoxotera, nullus illorum adhuc extitit, qui uel equum claudum sanare potuerit.

Id docuit.

Quod si ex his quisquam adeo fuerit cæcus cæcior talpa, & adeo surdior que alpide, atque sturmo, & Oreste infanior, ut Donatistas, Manichæos, Lutheranos, & Calvinianos, non uere esse hæreticos credat, attendat eorum testimonio id omnifariam cõprobatum. Namque Lutherus, Calvinus, Anabaptistæ, Trinitarii, & alii præteriti seculi hæretici pro hæreticis indubitate habent, scriptisque testantur hos hæreticos fuisse: nempe Simonem magum, Corinthum, Gnosticos, Prodicum, Cerdonem, Marcionem, Florinũ, Montanistas, Nouatianos, Samoratenum, Manichæos, Alogos, Arrianos, Donatistas, Eustachium, Eunomium, Audæanos, Aerium, Luciferum, Seleucianum, Messalianos, Iouinianum, Heluidium, Faustum Manichæum, Pelagianos, Nestorium, Eutychem, Petrum Gnaphæum, Xenaiam Persã, Iacobitas, Armenos, Mahometanos, Iconomachos, Paulicianos, Claudium Taurinensem, Græcos, Bogomilos, Tandemum, Petrobrusianos, Pseudoapostolos, Abailardum, Vualdenses, Albigenes, Almaricum, Raymundum Lullium, Fraticellos, Begardos, Lollardos, Flagellantes, Marsilium Parauinum, Vuicleuum, Vuicleuistas, Hussum, Hussitas, Thaboritas, Piccardos, & alios.

lib. 8. ar. 3.
de Sig. Ecc.

Deinde Lutherani damnant Sacramentarios, Sacramentarii uero Lutheranos, Lutherani uero & Sacramentarii hæresis arguunt Anabaptistas, qui Lutheranos, & Sacramentarios pro hæreticis damnant: Item Lutherani & Sacramentarii Trinitarios hæresis conuincunt, Lutheranos uero & Sacramentarios tamquam hæreticos condemnant Trinitarii, & sic ut quondam successiuo tempore fecerunt hæretici eodem tamen tempore nunc secta aliã sectam quasi hæreticam respuit, & damnat; conuictis, scriptis, dictis, factisque, ut docui, horrende persequitur. Sed quod omnium maxime refert, Ecclesia CHRISTI est, quæ errare nequit, quæ eos pro hæreticis rectissime condemnat.

Quam ob rem ex his omnibus Lutheranos, Sacramentarios, Anabaptistas, Trinitarios, & ceteros dæmoniorum gregales, & id genus cõsimilem immanium bestiarum cohortem, & detestabile horribilium monstrorum specus dictis, scriptis, facinoribusque Catholicam Ecclesiam ab Hæresis omni suspitione liberasse, Veritatem Catholicã Romanã CHRISTI Ecclesiã firmissimam, & plane inexpugnabilem, ac immaculatam certissime roborasse, seiposque toti mundo, ludibrio DEI, Angelorum, hominum & dæmoniorum exposuisse, uere hæreticos & certa aternæ mortis mancipia esse protulisse, luce meridiana clarius, certitudine certius, & Veritate uerius est. Gloria Patri, Filio, & Spiritui Sancto. Amen.

F I N I S.